Brandeis University
Library

As for the wise, their body alone perishes in this world – Rashi

DE

LVBRICO

IVRISIVRANDI IVDAEORVM

ET GENERATIM

[illegible] SPECIATIM

QVOD ORDINATIONE CAMERALI

PARTE I. TITVLO LXXXVI.

LEGITVR

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO ET CELSISSIMO PRINCIPE

AC DOMINO

DOMINO FRIDERICO

HASSIAE LANDGRAVIO RELIQ.

PRAESIDE

IOANNE GEORGIO ESTORE

ICTO ET ANTECESSORE

PRO LICENTIA

I. V. D. HONORES RITE CONSEQVENDI

SOLLEMNITER DISPVTABIT

DIE AVGVSTI cIↃIↃCCXXXXIIII.

IOANNES GEORGIVS LOTICHIVS

FRANCOFVRTENSIS AD MOENVM.

MARBVRGI EX OFFICINA MVLLERIANA.

Rare Books
x BM 524
L65

BIBLIOTHEK
DER ISR. GEMEINDE
FRANKFURT A. M.

VIRIS

SPLENDORE GENERIS ET MERITORVM GLORIA

ILLVSTRIBVS

MAGNIFICIS STRENVIS NOBILISSIMIS

AMPLISSIMIS

DN. PRAETORI

DNN. CONSVLIBVS

DNN. SCABINIS

DNN. SYNDICIS

ET

EX EORVM NVMERO NOVEM QVI CONSILIARII

AVGVSTISSIMI CAESARIS ACTVALES SVNT

ITEMQVE

DNN. SENATORIBVS

INCLVTAE ET PERANTIQVAE

IMPERIALIS LIBERAE CIVITATIS

FRANCOFVRTENSIS

VSV RERVM ET REGENDI PRVDENTIA

LAVDATISSIMIS

DOMINIS AC MAECENATIBVS SVIS

SVMMOPERE COLENDIS

EA QVA PAR EST ANIMI OBSERVANTIA

HANC DISSERTATIONEM INAVGVRALEM

DICAT DEDICAT

AVCTOR.

91943

CAPVT I.

DE IVDAEIS GENERATIM ET HORVM ODIO ADVERSVS CHRISTIANOS SPECIATIM.

I.

Cogitatio nunc figenda in gente, male colente, elatos gerente ſpiritus, callida et ad fraudem acuta, et cui altercandi libido inſita eſt et innata. Nominatur ea Iudaica, cuius eſt ingens multitudo, adeoque argumentum mihi ſumſi pertractandum, multi, immo quotidiani vſus. *Icon iudaeorum.*

§. II.

Iudaei definitionem, quam fere omnes negligunt, ante omnia mecum in animo verſabo. Illum autem nuncupo generatim hominem, qui dogmata et Moſaica et Talmudica ſequitur. Ex iuris canonici praeceptis Iudaeus eſt homo nefandus ob iudaiſmi crimen infamis. Iudaiſmus pontificiis eſt delictum infamans, quo quis, poſthabita noui teſtamenti doctrina, Moſaicas et Talmudicas praeceptiones ſectatur. Conf. v. a. IO. RVD. ENGAV libro III. *elementorum iuris canonici* §. 15. p. 573. et v. c. LVDOV. MART. KAHLE parte II. *elementorum iuris canonici* p. 194. §. 13. *Quis Iudaeus generatim? Quis ſecundum ius canonicum?*

§. III.

Quis ex Germanorum institutis? Seruus camerae.

Sed recutiti quoque considerandi ratione Germanici regni et ex huius institutis. In Germania verpus olim erat camerae seruus imperatoriae, sub lege annui census viuens, et tutela et praesidio caesaris vtens. Vide *priuilegia der stadt Franckfurt* p. 4., vbi Conradus rex, diui Augusti Friderici filius, anno cIↃCCXXXXVI. Iudaeos *seruos camere nostre* vocauit, et Conradus rex anno cIↃCCXXXIIII. *Iudei*, ait, *serui sunt nostre camere* apud GOTTFRID. GVIL. DE LEIBNITZ in *prodromo codicis iuris gentium diplomatici* p. 10. Sigismundus caesar anno cIↃCCCCXII. Iudaeos *camere nostre* (imperatoriae) seruos memorat l. d. p. 306. §. 4. Et Ludouicum Bauarum iudaeis tamquam *seruis suis*, *satis fuisse fauorabilem*, narrat ALBERTVS Argentinensis ad annum 1349. p. 140. Adde *analecta Hassiaca* V. A. IO. PHIL. KVCHENBECKERI parte I. p. 91. et IO. NIC. HERT *de subiectione territoriali* §. VIII. p. 378. Hinc factum, vt imperatores speciali protectione dignarentur iudaeos, pro qua hi vicissim tributa personalia caesari pendebant. Ideo serui fiscalini dicti, vt adpareret, quatenus serui essent. Nam ex istis verbis neutiquam inferre licet, iudaeos esse seruos proprie sic dictos, adeoque in censum capitum liberorum venire non posse. Illustris IO. DAN. GRVBER de *iudaeo milite*. §. 5. p. 47. seq.

§. IIII.

Descriptio Iudaei ex mente Euangelicorum.

Alia iterum Iudaei Apellae ratio inter Euangelicos. Hi enim Iudaeum censent vilem incolam, qui per anniuersarium censum praesidium superioris sibi parat, vt praecepta Mosaica et Talmudica publice queat colere.

I.

De iudaeis auctores, quibus vsi sumus.

Noli autem, tibi persuadeas, me hic verbose aut de Iudaeorum originibus aut de iuribus pertractaturum, quoniam mihi otium fecerunt viri illustres IVSTVS HENNINGVS BOEHMER libro V. titulo VI. *iuris ecclesiastici Protestantium* p. 730-812. et IO. FRIDER. KAYSER

KAYSER de *autonomia Iudaeorum*, Gieſſae cIↃIↃCCXXX. et GE. HENR. AYRER de *iure recipiendi iudaeos cum generatim tum ſpeciatim in terris Brunſuico-Luneburgicis*, Goettingae cIↃIↃCCXXXXI. Confutaſſe hic videtur reſponſum Halenſium, quod de receptione Iudaeorum in iudiciis caſtrenſibus agit, et ordine quartum eſt inter *conſilia et reſponſa* IO. GOTTL. HEINECCII p. 85-141. Vt taceam IO. IODOCVM BECKIVM *de iuribus Iudaeorum*, Norimbergae cIↃIↃCCXXXXI., MARQVARDVM DE SVSANNIS *de iudaeis et vſuris*, Francofurti cIↃIↃCXIII, V. C. IO. LVD. VHLIVM, qui praeſide GOTTFR. MASCOVIO *de cenſu Iudaico* Goettingae cIↃIↃCCXXXV. egit, PETRI ZORNII *hiſtoriam fiſci Iudaici ſub imperio veterum Romanorum*, FRID. ANDR. GOTTL. GNÜGE *de iureiurando Iudaei per procuratorem Chriſtianum*, CHRIST. WILDVOGELII *dodecadem legalem de Iudaeorum receptione ac tolerantia*, IAC. AVG. FRANCKENSTEINIVM *de iuribus ſingularibus circa Iudaeos maxime in Germania*, CHRIST. THOMASIVM: *an duorum Iudaeorum teſtimonium contra Chriſtianum plene probet?* GE. ADAM. STRVVIVM *de Iudaeis*. Compara etiam viri illuſtris HENR. CHRIST. SENCKENBERGII opuſculum *de iure praelationis vxoris Iudaicae quoad dotem* et ampliſſimi ORTHII eruditiſſimum opus, cui nomen: *nœthig und nützlich erachtete anmerckungen über die ſogenannte erneuerte reformation der ſtadt Franckfurt am Mayn* volumine II. *oder erſten fortſetzung* p. 106. ſeq. De SCHVDTIO et BASNAGIO et KIRCHNERO et EISENMENGERO non eſt, quod ſim verboſus, quum opera eorum omnibus ſint nota et cognita.

§. V.

Acerbum et penitus inſitum odium iudaeorum in Chriſtianos.

Ego nunc de Iudaeorum in Chriſtianos odio pauca praemittam. Excludebant illi reliquos omnes totius terrarum orbis ciues fructu diuini amoris, ſpeque ſalutis obtinendae. Ea de cauſſa inhumanos illis et iniquos ſeſe praebebant. Hinc non immerito generis humani odium

Graeci

Graeci et Romani Iudaeorum genti exprobrabant, obseruante summe reuerendo IO. LAVR. MOSHEMIO *institutionum historiae Christianae maiorum* p. 75. Vide etiam, quae ex antiquis scriptoribus collecta sunt a. v. c. IACOBO ELSNERO *obseruationum sacrarum in nouum testamentum* parte II. p. 274. et GE. GVIL. OVERKAMPFIO *de Iudaeis primariis Christiani nominis hostibus.* §. III. p. 6. seq. Non ires tantum, sed et Romanos odio persequebantur Iudaei, vt docuit LAVR. BEGER p. 147. seq. *thesauri Brandenburgici selecti*, occasione scrofae cum suculis. Amicos Christi et discipulos grauissimis contumeliis et atrocissimis iniuriis adfecerunt Iudaei, et modo flagellis, carcere aliisque poenis adfectatores Christi castigauerunt, modo non nullos eorum, v. g. Stephanum et Iacobum vtrumque capitis condemnarunt. Et nihilo plus humanitatis et mansuetudinis aduersus seruatoris discipulos in illis erat Iudaeis, qui in Romanis prouinciis extra Palaestinam habitabant. Hi nihil laboris sibi reliqui fecerunt, quo ciuitates in illos concitarent, et magistratus accenderent. IO. LAVR. MOSHEM. l. d. p. 115. Alia dabit illustris GE. HENR. AYRER l. d. capite I. §. 5. p. 10. seq.

item Romanos.

Vexationes, quibus Christianos inimice infectabantur.

§. VI.

Animaduerterunt hoc ipsi Romani. Quapropter CORN. TACITVS *historiarum* libro V. p. 573. de Iudaeis verba faciens: *apud ipsos*, ait, *fides obstinata, misericordia in promtu, sed aduersus omnes alios hostile odium.* Ideo Romanorum odia summa experti, teste EZECHIELE L. B. DE SPANHEM parte II. *de vsu et praestantia numismatum.* p. 502.

Inexpiabilis iudaeorum simultas, quam in alios expromebant.

§. VII.

Idcirco iudaica sacra superstitionis nomen acceperunt ab VLPIANO L. 3. §. 3. D. *de decurionibus.* Et recte IO. GOTTL. HEINECCIVS in *emendationibus ad Spanhemii orbem Romanum*, quae p. 176. *opusculorum minorum* leguntur, negat, haec ad Christianos pertinere. Iudaeorum vero contemtus tantus erat, vt, quum aut monstrosum aut vile

Iudaeorum apud Romanos contemtus incredibilis.

vile aut absonum notare vellent Romani homines, iudaicum adpellarent, docentibus FRID. RAPPOLTO in *commentario ad Horatium* p. 123. et CASPARO BARTHIO libro XI. *aduersariorum* capite IIII. Hinc Pompeius Ciceroni per iocum Hierosolymarius dictus, obseruante V. C. IO. AVG. ERNESTI in *claue Ciceroniana* h. v., vel vt idem BARTHIVS p. 1328. *animaduersionum ad Claudianum* exposuit, portentosum quemdam in mente habuit Cicero. Horatio Iudaeus Apella pro homine superstitioso, fatuo, infami. Vno verbo maximae parti vehementer exosi erant, iniuriisque et contumeliis, insanis saepenumero et mendacissimis, in summam vocabantur vbique inuidiam, S. R. IO. LAVR. MOSHEMIVS l. d. p. 92. et Seneca eos gentem vocauit sceleratissimam. Vide HVG. GROTIVM *de veritate religionis Christianae* libro III. §. XVI. p. 179.

§. VIII.

Verum ne tot quidem malis flecti potuerunt iudaei, vt a Christianis deferendis et quocunque modo adfligendis desisterent. Querimonias de hac improbitate iudaica ex antiquis scriptoribus collegerunt IO. ALBERT. FABRICIVS in libro, quem inscripsit: *Salutaris lux euangelii toti orbi exoriens* capite VI. §. I. p. 121. et GE. GVIL. OVERKAMPF l. d. Immo, si qua fides HIERONYMO, et CAESARI BARONIO parte I. *annalium ecclesiasticorum* p. 252. editionis Venetae, Christianos quotidie ter diris deuinxerunt. Compara THOMAE ITTIGII *historiam ecclesiasticam primi saeculi* p. 312. *Peruicacia iudaeorum.*

§. VIIII.

Ideo, praesertim post fata Stiliconis, iudaei inciderunt in tempora, quibus eorum conditio facta deterior. Honorius et Theodosius iunior A. A. eos et a militia et ad vilia cohortalinorum et adparitorum officia damnauit. Eadem mens cum imperatoris Iustini L. 12. C. tum Iustiniani caesaris L. 18. C. de *haereticis*. Et professis Christianae fidei hostibus atque haereticis quomodo indulge- *Quae in π. de iudaeis leguntur, fere antiquata. Homines nauci habiti.*

re potuere Christianorum sacrorum antistites; qui potius suarum partium esse existimarunt, omne cum iudaeis commercium Christianis interdicere? prout hoc erudite probauerunt viri illustres IVST. HENN. BOEHMER libro V. titulo VI. §. 26. p. 757. *iuris ecclesiastici protestantium* et IO. DAN. GRVBER l. d. p. 45.

§. X.

Iudaei magnos sibi spiritus sumserunt, et in aulas procerum Germ. subrepserunt. Molestе id tulit pontifex.

Et quamuis imperator Fridericus II. anno cIↃCCXXXVII. constituisset, ne iudaeus habilis sit ad munus in republica obeundum, prout sanctio eius testatur apud PETRVM LAMBECIVM libro II. *commentariorum de bibliotheca caesarea Vindobonensi* capite V. p. 80. seq, nihilo tamen secius Lublinus et frater eius Nekelo iudaei *comites camerae illustrissimi ducis Austriae* anno cIↃCCLVII. nominantur apud CAR. MEICHELBECKIVM parte II. *historiae Frisingensis* num. 35. De habitu iudaeorum distincto ab alio Christianorum aliisque sanxit dura quaedam Concilium Viennense anno cIↃCCLXVII. apud HENR. CANISIVM tomo IIII. *antiquae lectionis*, quam curauit IAC. BASNAGE p. 84. Idem constituit Innocentius III. pontifex libro V. *decretalium capitulo* 15., exposuitque hanc rem vberius ANT. DADINVS ALTESERRA *de Innocentio III. pontifice maximo* p. 555.

§. XI.

Effecta odii et vilitatis iudaeorum.

Interim ex odio in iudaeos variae sunt profectae iurium constitutiones, veluti, quod I.) tamquam hostes sanctae crucis, insidiatores fidei nostrae et pestes iustitiae, sint nullius fidei atque homines vilissimi, WOLFGANGVS ADAMVS LAVTERBACH *collegii theoretico-practici* L. XXX. p. 863. §. 6. II.) in dolo contra Christianos esse atque hos decepisse credantur, FERD. CHRISTOPH. HARPPRECHT vol. nou. *consilio XI.* num 11. seq. III.) iudaeorum collegia neque fideicommissum sibi relictum capere queant, HVBERTVS GIPHANIVS p. 13. *enarrationum in octo libros codicis*, IIII.) iure connubii cum Christianis destituantur et Christianam stuprantes grauius puniantur, V.) famuli et nutrices Christiani eis denegentur, VI.) Christianorum

nec

nec tutores nec curatores esse possint, IO. SCHILTER *exercitatione* ad π. XXXVI. §. XVIIII. p. 382., PETR. ZORNIVS p. 358. seq. *historiae fisci iudaici.* VII.) mandatarium Christianum et in rem suam dare, illique actiones suas cedere nequeant, R. I. CIↃIↃCLI. §. 79. et ORDINATIO POLITICA CIↃIↃLXXVII. §. 20. cuius constitutionis vim et potestatem vsumque hodiernum exposuit IO. MICH. GRASS p. 291. seq. *collationis iuris ciuilis cum recessibus imperii*, circumscriptiones autem percensuit illustris IVSTVS HENNINGVS BOEHMER l. d. §. 68. p. 805. et TOBIAS BARTH *dissensu* CCCCXXXXVI. VIII.) testes esse non possint, IOSEPHVS BINGHAM *originum ecclesiasticarum* volumine VII. p. 270., CONR. RITTERSHVSIVS p. 623. *iuris iustinianei.* Qui enim Deo infidelis nec hominibus, multo minus Christianis fidus censetur, LVDOV. GVNTH. MARTINI p. 543. *analectorum forensium* n. 33. Quapropter falsi suspectus, NICOL. CHRISTOPH. L. B. DE LYNCKER *decisione* 251. p. 152. nisi in causis vtriusque iudaei vel testamenti condendi L. 21. C. de *haereticis*; VIIII.) nec vtantur priuilegiis vel iuris beneficiis contra Christianos, adeo vt mulier iudaea non habeat ius praelationis vel tacitae hypothecae ratione dotis, prout acute demonstrauit vir illustris FRIDER. ESAIAS PVFENDORFIVS p. 533. *obseruationum*, et suam re iudicata firmauit doctrinam, quamuis V. A. WOLFG. ADAM. SCHOEPFIVS decisione III. n. 12. seq. cum aliis ab eo laudatis dissentiat; quod X.) ob maculam suam ab opificiis aliisque muneribus excludantur; XI.) quod semper Christiano, non vero iudaeo sit deferendum iusiurandum vel suppletorium vel purgatorium, illustris FRID. ESAIAS PVFENDORFIVS p. 294. *obseruationum*, perillustris SAM. L. B. DE COCCEII p. 634. *iuris controuersi* et IO. HENR. DE BERGER *in electis disceptationum forensium* p. 766. et *consilio* 468. p. 469. XII.) quod immobilia possidere nequeant; et quae sunt alia, percensuere IAC. AVG. FRANCKENSTEIN in l. d. capite III. §. X. seq. et vir illustris IO. GEORG. PERTSCH *elementorum iuris canonici* libro IIII. §. 288. p. 143.

I.

Iure viuunt ciuili.

Ceterum iudaei per L. 8. C. *de iudaeis* tum in rebus, quae ad ſuperſtitionem eorum, tum quae ad leges et iura pertinent, legibus Romanis ſuas actiones conferre iubentur, quidquid RAD. FORNERIVS libro II. *rerum quotidianarum* capite IIII. dicat, col. 164. tomi II. *theſauri iuris Ottoniani.*

II.

Num aduocati et medici munere fungi queant? An honores capeſſant academicos?

Aduocatos tamen et medicos eſſe poſſe iudaeos, cenſuit IO. IAC. WISSENBACH *commentationum in libros VII. codicis* p. 17. Ipſe MICH. BERNH. VALENTINI, qui in *pandectis medico legalibus* parte I. ſectione IIII. §. 4. p. 443. negauit, iudaeos, medicinae operam nauantes, Chriſtianorum ſaluti remediis ſubuenire poſſe, HERTZIVM LEONEM SCHAMBERGIVM, iam Schweinsbergae habitantem, medicinae doctorem tamquam comes ſacri palatii creauit. Medicos Goettingenſes nuper iudaeum Polonum BENIAMIN WOLFF GINZBVRGER ſollemniter medicinae doctorem creaſſe, conſtat inter omnes. Aduocati tabellionisue munere illos fungi, nunquam me obſeruaſſe profiteor. Idem ſentit SAM. STRYK vol. II. *diſſertatione* XIII. n. 51. p. 353.

III.

Vtrum ciuibus queant adſcribi?

Alicubi v. g. Schweinsbergae in Haſſia quatuor iudaei ciuium numero adſcribi ſolent. v. c. IO. PHIL. KVCHENBECKER parte I. *analectorum Haſſiacorum* p. 91.

§. XII.

Fraus et dolus et machinationes iudaeorum.

Vno verbo: Iudaeus, vt iudaeus, ſemper dicitur delinquere, IO. HENR. DE BERGER *oeconomiae iuris* p. 166. Namque iudaeus, qua iudaeus, ad ſcelera perpetranda quaeuis procliuis praeſumitur et promtus, cum lex Talmudica doceat iudaeos, ne haereticos, ita Chriſtianos vocant, in puteum delapſos extrahant, ſed in eum praecipitent, obſeruante GE. ELIEZERE EDZARDO ad cap. 1. *Auoda Sara* p. 276.

§. XIII.

§. XIII.

Quapropter, si Christianus cum iudaeo litigat, hic, quamuis semiplene probauerit, a iureiurando suppletorio tamen arcetur, et Christiano purgatorium iurare permittitur. Similiter Christiano potius iusiurandum suppletorium de credulitate, quam iudaeo purgatorium de veritate deferendum. Verum grauem iureconsultorum hoc de argumento dissensum notauit TOBIAS BARTH *dissensu* IↃCLXXII. Idem de fide libri mercatorii obseruauit *dissensu* IↃCCLXXI. *Leuitas et fraus iudaei ratione iurisiurandi suppletorii et purgatorii.*

§. XIIII.

Eam tamen odii ac fraudationis praesumtionem omnem in se sponte conuerterunt. Quid durius et absurdius, quam cum rabbi ABRAHAMO Christianos ob tributorum a iudaeis exactionem sanguisugas vocare? Quae stolidae iudaeorum preces: "libera populum tuum ab haf haf, id est a Christianis!" Vilissimum istud genus hominum Christianos propter tributorum exactionem madhefa adpellat, ipsosque auri sacra fame diuexari statuit, teste PETRO ZORNIO in *historia fisci iudaici* p. 19. *Odii et fraudationis caussae.*

§. XV.

Sed quis eiusmodi vanum odium non contemneret ac pro nihilo putaret? nisi improbissime fraudare Christianos sibi licere, statuerent recutiti. *Id quod probatur.*

§. XVI.

Loquantur pro me et rabbi MOSCHE filius MAIMON et CONSTANTINVS L'EMPEREVR AB OPWYCK de *legibus Ebraeorum forensibus*, codicis primi capite IIII. §. 3. p. 70. *fide Maimonidis et l'Empereur.*

Caeterum quo illam iudaeorum de damnis gentili" illatis sententiam (cuius occasione huc delapsi sumus)" plenius percipiamus, MAIMONIDAE verba in hanc Mis-" nam adscribere non pigebit, quibus iudaeorum animum" non tantum in gentilium etiam Christianorum bona," sed et corpora exprimit. *Quum Israelitae controuersia*" *est cum gentili, conditio litis inter ipsos talis est. Si no-*" *bis est in illorum iuribus commodum aliquod, ipsos secun-*" *dum*".

„*dum iura ſua iudicabimus, iisque dicemus, ſic poſtulare*
„*ipſorum iura; quod ſi nobis in iure noſtro appareat vtili-*
„*tas, iudicabimus ipſos ſecundum ius noſtrum, iisque dice-*
„*mus, ſic poſtulare ius noſtrum. Neque mireris hac de re, nec*
„*durum videatur in oculis tuis; ſicuti dura ſiue crudelis tibi*
„*non videtur mactatio beſtiarum, quamuis non peccauerint:*
„*quia cui non ineſt perfectio virtutum humanarum, inter*
„*homines non comprehenditur reuera; ſed finis eſſentiae ipſius*
„*eſt, vt hominis neceſſitati inſeruiat.* Hinc iam facile iudi-
Faſtus iudaeorum aduerſus Chriſtianos, quod teſtimonio Nemeitzii firmatur.
„cium, quo loco nos habeant iudaei, nimirum beſtia-
„rum numero: adeo vt ipſis inſeruire et ipſorum com-
„modo viuere vel mori debeamus, quod careamus vir-
„tutibus humanis. Et ſi corpora noſtra ita ipſis addicta;
„quid de facultatibus dicendum!“ Haec ille. Et v. a. 10. CHRISTOPH. NEMEITZ parte IIII. *der vernünftigen gedancken über allerhand materien* p. 69. *in ihren (der iuden) augen iſt nichts geringers und verächtlichers, als andere völcker, ſonderlich die chriſten; dann ſolche müſſen unbeſchnittene, verächtliche und von Gott verworfene heyden, hunde und vielmehr dergleichen heiſſen.* Hinc Chriſtophorus Franciſcus comes de Wratislau de iudaeis, anno CIↃIↃCLXXXV. dixit: queſta canaglia é nel regno di Boemia in tanto numero, teſte eodem l. d. p. 62. Ideo furta, quae Chriſtianis fecerant iudaei quidam, peccato carere aiebant, prout idem teſtatus eſt l. d. p. 70.

§. XVII.

Explorata veritas de plagiis. Auctor ſtirpis Iſenburgicae ab iis ſurreptus.

Quid de plagio iudaeorum aliquot Francofurtenſium dices, quippe qui Wolfgangum Erneſtum, comitem Iſenburgicum, anno CIↃIↃLX. natum, paruum et per plateas Francofurtenſes ambulantem et ſpectantem, hinc abſtulerunt, ac per aliquot dies eum ſtudioſe abſconderunt, prout vir illuſtris IO. ADAM. KOPP in *hiſtoria MSS. Iſenburgica* inuictis docuit argumentis. Huius relationis excerpta dedit v. c. IO. DAV. KOEHLER parte VII. *der müntzbeluſtigung* p. 162. ſeq., qui p. 167. probauit, relationes de iudaeorum plagiis, qui Chriſtianorum infantes ſubripuerunt,

runt, fictae et commentitiae fabulae accenseri non posse. Et quem pictura, qua locupletarunt Francofurtenses portam Saxenhusanam, stupidum adhuc teneat? Faciam, vt legas, quae KOPPIANA *historia*, quam dixi, hac de re memoriae prodidit. *Sein herr vatter reisete einsmahls nach Franckfurt am Mayn, und nahm ihn, als ein junges herrgen, mit, um demselben die dasigen neuigkeiten sehen zu lassen, gab ihm auch etliche aufwærter und bediente zu, welche denselben in der stadt herumführen, und ihm die kaufmannslæden zeigen solten; weilen aber diese selbsten sich mehr nach denen neuigkeiten, als dem jungen herrn umsahen, so machten etliche juden sich dieser unachtsamkeit zu nutze, fiengen den jungen grafen unversehens auf, und nahmen ihn mit sich in die judengasse, allwo sie ihn auch etliche tage heimlich bey sich behielten, endlich aber, nachdem seine eltern ihn überall in der Stadt aufsuchen liessen, und auf alle strassen nachschickten, der magistrat zu Franckfurt auch hierzu alle beförderung that, auch darüber ein gros aufsehen und lermen entstunde, von selbsten wiederum, ohnfern seiner eltern quartier, gantz frisch und gesund ohnvermerckt auf die strasse brachten, allwo er wieder gefunden und seinen eltern wieder zugestellet wurde.*

CAPVT II.

DE LVBRICO IVRISIVRANDI IVDAICI EX IPSA IVRISIVRANDI RATIONE.

§. XVIII.

Iusiurandum eorum, qui falsos colunt deos. Quae cautio adhibenda.

Quae per falsos deos concipiuntur iurisiurandi formulae, non tantum impiae, sed et irritae, si ipse iurans nullam ipsis tribuit diuinitatem. Quod si tribuat, vim quidem suam habent, nec tamen temere aut deferre aut acceptare eiusmodi iusiurandum licet, nisi hoc summa exigat necessitas, nec alia ratio expediendi negotia superfit, 10. FRANC. BVDDEVS p. 526. *institutionum theologiae moralis.* Iudaei interea, hoc ipso, dum personarum trinitatem negant, verum Deum non adorant.

Repre-

Num iudaei verum colant Deum?

Reprehenſus ideo ſuperiore ſaeculo CASP. BARLAEVS a NIC. VEDELIO et MART. SCHOOCKIO, quod iſte, iudaeos verum colere Deum, exiſtimauerat. Litigium huius rei narrarunt THOMAS ITTIGIVS *hiſtoriae eccleſiaſticae ſaec. II.* p. 102. ſeq., et GER. IO. VOSSIVS *epiſtola* CCCVIII. p. 331., qui, ſumma, inquit, vt intelligo, eo redit: Deum negari ab illis, qui Chriſtum neſciunt, immo blasphemant." Hinc iureconſulti: iusiurandum, quo verus Deus non inuocatur, tale eſt, non vere et formaliter, ſed tamen effectu, IO. HENR. DE BERGER p. 1085. *oeconomiae iuris.*

§. XVIIII.

Definitur iusiurandum.

Eſt autem iusiurandum adſeueratio cum inuocatione veri omniſcii et omnipotentis Dei facta, vt teſtis ſit veritatis et vindex falſitatis, perilluſtris IO. ADAM. AB ICKSTATT in *elementis iuris gentium* libro III. capite VI. §. 10. 15. p. 251. ſeq. illuſtris CHRIST. WOLFIVS §. 996. ſeq. *der vernünftigen gedancken von der menſchen thun und laſſen*, et vir plur. reuerendus SIGISM. IAC. BAVMGARTEN *der theologiſchen moral* p. 247. §. 120.

§. XX.

Neceſſitate ſumma ſuadente demum iurant falſorum deorum cultores.

Sola ergo neceſſitas ſuadet, vt iis deferri ſoleat iusiurandum, qui falſo Deo ſeruiunt. Sufficit, illos hac ratione terreri, vt veritatem, quam debent enuntiare, enuntient. NIC. HIER. GVNDLING p. 194. *iuris naturae ac gentium.* Adde HENR. KOEHLERI *exercitationes iuris naturalis* §. 1467. p. 317.

§. XXI.

Defenditur tale iusiurandum auctoritate philoſophorum.

Immo ſi etiam ſtatuas, iurisiurandi formam hanc eſſe, ne peierantem agitent inſectenturque furiae, non ardentibus tedis, vt in fabulis eſt, ſed angore conſcientiae fraudisque crucietur. Audias hoc de argumento v. c. AVG. FRID. MÜLLERVM profeſſorem Lipſienſem parte III. *der einleitung in die philoſophiſche wiſſenſchaften* p. 124. §. 6. *da das weſen eines eydſchwuhres in einer rührung des gewiſſens, und dieſe auf einer überzeugung der wahrhaften gœttlichkeit unſerer pflichten, beruhet; ſo erhellet von ſelbſt, daſs*

ein

ein warhafter eyd ſich nicht anders, als zu Gott, oder auf Gott, ſchwœhren laſſe: dieweil niemand, als Gott, durch ſeine geſetze die gewiſſen regieret, als worzu ein hertzenskündiger, der die innerlichen gedancken und begierden der menſchlichen ſeelen kenne, erfordert wird, welches vorrecht Gott ſeiner allwiſſenheit allein vorbehalten. Zu dem kan ein eydſchwuhr, da er uns der gœttlichkeit unſerer pflicht erinnert, und uns alſo auf die religion weiſet, die uns Gott mit einer ehrfurcht über alles zu gehorchen befiehlet, auch aus dieſem grunde nicht anders als auf Gott gerichtet ſeyn. Wenn demnach auch ein menſch, der einer abgœttiſchen oder heydniſchen religion zugethan iſt, einen eyd auf falſche gœtter ſchwœhret; ſo iſt doch zum wenigſten dieſes kein irrthum, daß ein ſolcher ſchwœhrender überzeuget iſt, daß ein Gott ſey, der der urheber ſey derjenigen pflicht, in anſehung deren er den eyd leiſtet, und der an die beobachtung derſelben ſeine belohnung, an die übertrettung aber derſelben unertrægliche ſtraffen gebunden. Weil nun dieſes zu erweckung oder rührung des gewiſſens ſchon gnug iſt; es ſey auch im übrigen das gewiſſen eines ſolchen menſchen, in anſehung ſeiner meinungen von der gottheit, ſo irrig als es wolle: ſo iſt der eyd eines ſolchen menſchen, ungeachtet ſeiner übrigen irrigen meinungen von Gott, vor einen wahrhaften eyd, und alſo auch die brechung deſſelben vor einen wahrhaften meineyd zu halten; indem alle handlungen wieder das gewiſſen, wenn dieſes auch gleich irrig iſt, ſündlich ſind, und ein ſolcher menſch die ſchuldige ehrfurcht vor Gott, vor ſeinen geſetzen, belohnungen und beſtraffungen, ruchloſiglich aus den augen ſetzet, welche ruchloſigkeit dadurch um nichts geringer iſt, daß er Gott, deſſen exiſtenz er überhaupt erkennet, ſich unter einem unrechten begriffe vorſtellet, reliqua. Compara virum perilluſtrem IO. ADAM. AB ICKSTATT l. d. et HVG. GROTIVM de *iure belli ac pacis* libro II. capite XIII. §. 12. p. 227. et theologum magni nominis, ANDR. RIVETVM p. 88. *praelectionum in caput XX. Exodi* itemque p. 666. *exercitationum in Geneſin.* *atque theologorum.*

§. XXII.

Citra respectum huius dogmatis lubricum iurisiurandi adest.

Fac etiam, periculum ideo non impendere Christianis; aliae tamen suppetunt lubrici causſae sat graues. Impunitatem enim violati iurisiurandi a sapientibus se adsequi posse, pro tam comperto habemus, vt in eo nulla sit dubitatio. Testatur hoc rabbi MOSES filius MAIMON *constitutionum de iureiurando* capite VI. §. 1. et 5. p. 110. et 112. edente IVSTO CHRISTOPH. DITHMARO. „Qui iura-

Impunitas periurii datur a iudaeis. Probatur.

„uerit, ait, iusiurandum promissorium, si iurisiurandi „eum poeniteat, videatque, se dolore affectum iri, si „iusiurandum illud seruet, mutetque mentem suam in „aliam sententiam, vel aliquid contingat, quod in men„te sua non habebat tempore iurisiurandi, vnde poeni„teat ipsum. Ecce rogat (vt absoluatur) sapientem vnum, „aut tres e vulgo, vbi non est sapiens. Ipsi soluunt ius„iurandum, posteaque licite poterit facere rem, quam „se non facturum iurauerat, aut non facere, quod iura„uerat se facturum. Hoc est quod vocatur absolutio iu„risiurandi - - Quomodo absoluunt! Accedit qui iura„uit, ad illustrem sapientem, aut tres e vulgo, si ibidem „non sit alius probatus, dicitque: *ego in illud vel illud „iuraui et poenitet me. Quod si ego sciuissem, tanto me do„lore affectum iri propterea, aut fore, vt tale quid contingat, „non iurassem.* Tunc sapiens aut praecipuus e tribus di„cit ei: dudum ergo poenitet te! Ipse respondet, imo! „Dicunt illi: *solutum tibi sit*, vel *licet tibi*, vel *venia da„tur tibi*, vel simile quid in quacunque lingua. Verum „si dicant ei: *irritum sit tibi*; aut *pro nullo habendum ius„iurandum tuum*, aliudque simile, nihil dicunt. Nemo „enim irritum facit, nisi maritus, aut pater. Sapiens au„tem non potest vti nisi vocibus solutionis et remissio„nis.“ Conferatur IO. ANDR. EISENMENGER parte II. p. 495. *des entdeckten judenthums.*

§. XXIII.

Iudaei demunt vin-

Igitur periurii veniam ei, qui iurauit, facere queunt vel legis iudaicae doctor et interpres, vulgo rabbinus,

vel

vel tres iudaei idiotae, si modo poenitet eum, qui iura- *cula iurisiurandi.*
uit, iurisiurandi temerarii, aut illi, quum iuraret, in
mentem non venit eius, cuius iam illum piget. Veniae *Obscura et*
huius fundamentum quaerunt *Numerorum* capite XXX. 3. *lepida huius rei*
vir, ait Moses, si votum Iouae nuncupauerit, aut se iu- " *causſa.*
reiurando obstrinxerit, fidem ne frangito, sed quidquid"
ore protulit, praestato, et *Leuitici* capite XVIIII, 12. vbi
Deus: "ne falso per nomen meum iuratote, nomine"
Iouae Dei vestri polluendo."

§. XXIIII.

Magis ad rem facere crediderim Leuitici caput VI. *Alia magis specio-*
5. 6., vbi Deus optimus maximus se periurii veniam da- *sa.*
turum adfirmat, si peierans detrimentum laeso resarciat.
Denique, ait MOSES, qui quid peierauerit, reddito summam"
addita parte quinta, eamque rei domino reddito, quo"
die noxam procurabit; proque sua noxa ducito ad Io-"
uam arietem integrum de grege, habita aestimatione"
pro multa ad pontificem, illique pontifex apud Iouam"
veniam exorato vnius cuiusuis rei, in qua multam"
commiserit."

§. XXV.

Quidquid demum sit, veniam iurisiurandi vel per- *Vincula*
iurii se impetrare posse, existimant, non solum integro *sacramenti*
adhuc sacramento, sed etiam illo casu, quando quis si- *laxare iudaeos, pro-*
dem conceptissimis verbis datam violauit. Quapropter *batur exemplis;*
IVSTVS CHRISTOPH. DITHMARVS *ad Maimonidem* l. d. p. 126. *testibus*
§. 12.: "Id adstruunt duobus exemplis, Mosis, qui ius- " *Dithmaro.*
iurandum suum coram Iethrone absolui curauerit, et"
Zedekiae, qui ob eius rei neglectum cum synedrio ma-"
gno grauiter admodum punitus fuerit. Historiae, seu"
fabulae potius, quae in *tractatu Nedarim* fol. 65. 1. fuse"
recensetur, haec sunt praecipua capita. Fabulantur, Ze-"
dekiam quodam tempore Nebucadnezarem vidisse de"
lepore viuo comedentem, Nebucadnezarem vero pudo-"
re suffusum, Zedekiam statim adiurasse, ne rem istam"
diuulgaret. Zedekiam nihilominus, absente Nebucadne-"

„zare ſolutum iureiurando a ſynedrio magno, quid conti-
„gerit, aliis narraſſe.

§. XXVI.

et Seldeno. Firmat, quae dixi, 10. SELDENVS de *ſynedriis et praefecturis iuridicis Ebraeorum* libro II. capite XI. §. VIIII. p. 867. ſeq. his, addens, „actum huiusmodi, abſolu-
„tionis ſcilicet, iuriſdictionis voluntariae inſtar, nec
„tamen pro forenſi cenſitum, a propinquis aeque fieri
„poſſe atque ab aliis, et tam noctu quam die, etiam die-
„bus feſtis et ſabbatis.

§. XXVII.

De cuncta iurisiurandi ſpecie remiſſioni locum eſſe, ſtatuunt. Noli autem dicas: ea, quae hucusque narraui, tantum facere ad iusiurandum, quo aliquid promittitur, quod voto ſimile eſſet; ſed de eo potiſſimum agi: an etiam remiſſio poenae et obligationis tribuatur illi, qui iusiurandum, quod barbare adſertorium nuncupant, iurauit? Et aio etiam huius peccati veniam facere ſibi recutitos. Quid quaeſo! magis lubricam reddit ſacramenti iudaici fidem, quam dogma eorum periculoſum et abſurdum, quo credunt, ſacro illo reconciliationis die etiam Deum gratiam periuriorum ſibi dare? In vigiliis eius feſti diei prece humili ad Deum vtuntur, *col nidre* vocant, rogantque ſummum numen, vt cum a voto tum a iureiurandi vinculo, cuius eos poenitet, ſe liberos declaret. Et, quod dictu foedum, ſibi perſuadent, Deum has preces non repudiare, ſed eos libenter audire. Probauit haec exiudaeus quidam, cui nomen SAM. FRID. BRENTZ cap. II. *des ſchlangenbalgs* his verbis: *Item von ihrem eyd betreffend, ſo iſt zu wiſſen, daſs die juden ein ſonderlich gebæt haben, darinn erlauben ſie einander, falſch zu ſchwæren gegen die Goim, das iſt, gegen die Chriſten, und ſolches gebæt ſprechen ſie mit groſſer andacht. An dem abend vor dem feſt Iom Kippor, ſonſt der lange tag genannt, bereiten ſie ſich in weiſſen kleidern, und geben mit bloſen füſſen, und drey der fürnehmſten juden ſelbigen orts treten für die archa, darinnen ſie die fünff bücher Moſis haben, und ſingen diſs gebæt*

Docet hoc, quidam Brentzius.

bæt dreymahl nach einander, je einmal hœher, denn das ander, und haben eine ſonderliche melodey dazu, und diſs gebæt lautet alſo: Kol nidere feiſure, verachmone ve kenuje ve kenuſe uſch fuo ſe ane deno darno io nodarno, *das iſt: Alle unſere gelübd und bündnüſs, und alle die eyd und ſchwür, wie ſie mœgen genennet werden, ſollen todt und ab, und nichts gültig ſeyn, von dieſem tag* Iom Kippor *bis über ein jahr, da der tag wieder kommt, uns zu guten, und alle damals verſammlete juden ſchreyen auf diſs gebæt, Amen.*

§. XXVIII.

Faciam vt legas hic precationem ſollemnem, quam *col nidre* vocant, religionem impuriſſime et taeterrime violantem: En verba precum miſerarum et luctuoſarum, interprete IO. CHRISTOPH. WAGENSEILIO, *vom gebæt alenu* pag. 20., "Omnia vota et deuotiones, et anathemata," et execrationes et poenae et cognomina eorum et iura-" menta, quae vouimus, iurauimus, deuouimus, et qui-" bus nos ipſos obſtrinximus iurato, a die expiationis" praeterito ad diem expiationis futurum, qui nobis auſpi-" catus illuceſcat, quorumcunque nos poenitet, omnia ſun-" to irrita, remiſſa, caſſa, abolita, inania, non firma, non" rata; votum noſtrum non ſit votum, et deuotio noſtra" non ſit deuotio, ET IVSIVRANDVM NOSTRVM NON SIT IVS-" IVRANDVM. Compara IO. ANDR EISENMENGERVM parte II." pag. 490. *des entdeckten judenthums.*

Preces iudaeorum ab omni pietate remotae: col nidre, *quibus gratiam a periurio ſibi dari rogant Deum.*

§. XXVIIII.

Quare periuria iudaeorum eſſe frequentiſſima nemo non videt, obſeruaruntque hoc iam ante me IO. ALBERT. FABRICIVS p. 428. *bibliographiae antiquariae*, GE. ELIEZER EDZARDVS ad *auoda ſara* capite I. p. 279. et capite II. p. 370. et IO. IAC. SCHVDT in *iudaeo Chriſticida.* p. 169. ſeqq.

Inde venit, vt peierent frequentiſſime.

§. XXX.

Accedit alia perſuaſio ſatis audax, qua iusiurandum, quod iudicis Chriſto nomen dantis, auctoritate vel iuſſu

Iusiurandum per vim expri-

mi, comminiſcuntur. iurare ipſos oportet, rem eſſe, quae temere, turbulente et per vim geritur, clamitant, adeoque irritum et nullius momenti mentiuntur, v. c. LEONH. RECHENBERGER *de ſacris iudaeorum ritibus antiquis* p. 709. Cuius rei rationem hanc ego coniicerem. Aut Deum, aut regem iudaeum imperare debere iudaeis. Se vero ſub imperium Chriſtianorum cecidiſſe et crudele et intolerandum et illegitimum. Magiſtratum, Chriſti ſacra colentem, tyrannum eſſe, a quo cum grauiter tum iniuſte prematur recutita gens, Quis vero imperata faciet eius, qui imperium non habet legitimum?

Cauſſa huius imaginarii dogmatis.

§. XXXI.

Cauillationes licitas credunt. Cauillationibus quoque abſurdiſſimis, quas reſeruationes mentales adpellant, ſtudent iudaei iurantes, eisque hi homines improbi iurisiurandi vim eludere conantur. RECHENBERGER l. d. p. 710. Idem teſtatur vir rerum harum peritiſſimus IO. ANDR. EISENMENGER l. d. p. 514. ſeq. *Es trauen alſo die rabbinen, oder jüdiſche richter auch nicht denen, die ſchwœren ſollen, ſondern ſtehen in ſorgen, daß ſie falſch ſchwœren, und ein anderes reden, ein anderes aber im ſinn haben mœgen, deßwegen ſprechen ſie zu dem, der ſchwœren ſoll:* Wir laſſen dich nicht nach deiner meinung, *die du im ſinn heimlich haben magſt*, ſondern nach unſerer meynung ſchweren. Vnd wann ein betrug darbey vorgehen kan, ſo muſs ihm der richter ſagen, daſs er alle weiſe des betrugs, die er in ſeinem hertzen gedencken kan, *klærlich anzeigen ſolle. Trauen nun die jüdiſche richter den juden nicht, die da ſchwœren ſollen, wann ſie ihnen ſchon den eyd ſo ſehr geſchærffet haben, wie vielvveniger hat man dann auf der Chriſten ſeite urſache, einem juden auf ſeinen eyd glauben zuzuſtellen, da man gedencken muß, der jude vverde falſch ſchvveren, vveil er von der obrigkeit zum eyd angehalten vvird, vvelches der jude vor einen zvvang halten kan, vveil er ſonſten ſeine rechtsſache verliehret, oder er vverde denſelben in ſeinem hertzen vernichten!*

Probatur.

§. XXXII.

§. XXXII.

Eiuſmodi autem cauillationes recta abominatur ratio. Nam CICERO *pro Roſcio comoedo* capite XVI. "Non ex" pactione verborum, inquit, quibus iusiurandum com-" prehenditur, ſed ex perfidia et malitia, Deos immor-" tales hominibus iraſci et ſuccenſere conſueuiſſe. Et IV-" NIVS IVVENALIS *Satyra XIII.* verſu 199. ſeq. canit: *Cauillationum iniquitas.*

Spartano cuidam reſpondit Pythia vates,
Haud impunitam quondam fore, quod dubitaret.
Depoſitum retinere, et fraudem iure tueri
Iurando: quaerebat enim, quae numinis eſſet
Mens, et an hoc illi facinus ſuaderet Apollo.
Reddidit ergo metu, non moribus, et tamen omnem
Vocem, adyti dignam templo, veramque probauit:
Exſtinctus tota pariter cum prole domoque,
Et quamuis longa deductis gente propinquis,
Has patitur poenas peccandi ſola voluntas.
NAM SCELVS INTRA SE TACITVM QVI COGITAT VLLVM,
FACTI CRIMEN HABET.

Compara HVGON. GROTIVM de *iure belli ac pacis* libro II. capite XIII. §. 1. n. 2.

§. XXXIII.

Irriſerunt etiam Romani iudaeorum iusiurandum. Quocirca M. VALER. MARTIALIS libro XI. *epigrammate* LXXXV. verſu 7. 8. *Romani ſenſerunt, fallaciae quidquam conari iudaeos iurantes.*

Ecce negas, iurasque mihi per templa tonantis,
Non credo! iura, verpe, per Anchialum.

§. XXXIIII.

Longa de hoc MARTIALIS loco fabula, pluresque de illo criticae vel ridiculae coniecturae quas IAC. LYDIVS de *iuramentis* p. 269. ſeq., inprimis IO. NICOLAI de *iuramentis Hebraeorum, Graecorum Romanorumque* capite X. p. 78-93. multa cura percenſuerunt. Ego per *templa tonantis* intelligerem iudaeorum Deum. Quemadmodum enim Tonans eſt Iupiter ſiue princeps Deus Romanorum, ita poeta noſter procul dubio tonantem putat eſſe iudaeorum *Mens Martialis noua ratione exponitur.* *Quis tonans.*

rum numen. Hunc iudaeorum Deum irridebant Romani. Quare M. ANNAEVS LVCANVS libro II. *belli ciuilis* versu 592.

- - - dedita sacris
Incerti iudaea Dei.

Ioui autem tonanti ab Augusto in capitolio templum dicatum scimus, EZECH. L. B. DE SPANHEM dissertatione XIII. de *vsu et praestantia numismatum* p. 645. et Iouis fulgeratoris frequens in numismatibus Romanis mentio. LAVR. BEGER l. d. p. 777. Anchialum credo hic per tropum significare porcum, quum metri ratio neque *porci* neque *Sardanapali* vocabula admitteret. Anchiali vel Anchiales, quae vrbs Ciliciae paullulum supra mare sita, monimentum sepulcri Sardanapali erat, cuius inscriptionem nobis seruauit ARRIANVS de *expeditione Alexandri M.* libro II. p. 91. editionis NICOL. BLANCARDI. Sardanapalus vero porci bouisue instar habitus, teste V. C. ROLLINO parte II. *der historie alter zeiten und vœlcker* p. 63. Ideo TITVS PETRONIVS ARBITER p. 683. *Satyricon* per ironiam:

Quid anchialus?

Iudaeus licet et porcinum numen adoret,
Et cilli summas aduocet auriculas.

siquidem ab eius esu abstinebant. Quapropter IVNIVS IVVENALIS:

Nec distare putant humana carne suillam.

et alibi:

Et vetus indulget senibus clementia porcis.

Vide commentatores ad *Petronium* p. 684. editionis PETRI BVRMANNI.

CAPVT III.

DE IIS QVAE OBSERVANDA SVNT IVDAEO IVRATVRO.

§. XXXV.

Fraudiloquentia iudaei iurantis.

Quum itaque iudaei gratiae reconciliationem quotannis et quaerunt et eam se adipisci sibi falso persuadent; et ideo lubricum iurisiurandi iudaici satis manifestum est, id quod etiam peruiderunt iureconsulti maximi nomi-

nominis NIC. CHRISTOPH. L. B. DE LYNCKER *decisione* VII. p. 7. et FERD. CHRISTOPH. HARPPRECHT volumine nouo *consilio* XI. n. 13. et 54. p. 333. seq. maximam sane cautionem et diligentiam adhibeamus, necesse est, ne decipiendi ansa detur improbis. Neque enim a me impetrare possum, vt IO. HENR. MAIO *loco* XXI. *synopseos theologiae iudaicae* §. 5. et IO. NIC. HERTIO *responso* LXVIII. n. 24. p. 158. adsentiam, qui, iudaeos in insimulationem periurii frustra vocari, existimarunt. Quid, quaeso! opus est verbis, vbi rerum testimonia adsunt. Et credesne! exiudaeos nullam mereri fidem. Num pro vero putabis eam doctrinam, qua quis statuit: exiudaeos et complures iudaicorum rituum doctores stare a mendacio contra veritatem: quosdam vero iudaeos, qui tamen toti ex fraude, fallaciis et mendaciis constant, veraces esse et sine fraudatione docere? Consulendi sunt vtique iudaicarum rerum periti; ita tamen de iis statuendum, ne maiorem eis, quam merentur, et logicorum de verosimili dogmata permittunt, tribuas fidem. Nec dissentire videtur HADR. RELANDVS in *oratione de vsu antiquitatum sacrarum* p. 129. seq. *orationum selectarum*, quas collegit V. C. IO ERHARD. KAPPIVS: "Sed altera turba, ait, nos vr-" get et acrius insectatur. Quos nobis, inquiunt, iudaeos" doctores narras, caecos viae duces, homines et Deo" et mortalibus omnibus inuisos, architectos commenti-" tiarum fabularum, recentioris memoriae scriptores, quam" vt rerum antiquissimarum fidem facere possint! Agno-" sco equidem, despectui omnibus esse iudaeorum genus," et iam olim propter caerimonias singulares, quibus ab" omnibus se populis segregabant, deinde autem in poe-" nam spreti et interemti sospitatoris nostri, ludibrio re-" liquarum gentium et contumeliis fuisse expositum. De-" derim etiam aliquid hoc tempore Traiectinis meis, qui" sceleratas illorum manus et facinorosarum artium mini-" stras toties his diebus experti, digno in istos supplicio" animaduerterunt. Verum tamen a quibus obsecro rituum" iudaicorum scientiam petamus, quam ab ipsis! natio-"

Suboluit hoc Lynckero et Harpprechto.

Maii credulitas.

Iudaicarum legum interpretes vtique spernendi,

„nes ceterae in maxima rerum illarum ignoratione ver-
si alia praesto sunt testimonia. „santur.“ Vbi enim habemus homines rerum iudaicarum callidos, cur, quaeso! ad homines fallaces animum adplicem.

§. XXXVI.

Periurii poenam silentio praeterit mischna. Ne dicam, quod in absonis illis nugis, quas mischnam vocant, et toto libro, qui de iureiurando agit, et prostat parte III. *legum Mischnicarum* p. 292-321. curante GVIL. SVRENHVSIO, de periurii grauitate et illius poena reticeant.

§. XXXVII.

Commendatur Tauffenburgii forma iurisiurandi. Interim iudaeorum fallaciloquentiam, ratione iurisiurandi, clarissime docuit exiudaeus FRID. GVIL. CHRISTOPH. TAVFFENBVRG de *formula iuramenti iudaeorum* p. 1-3. et p. 9. seq. Cuius consilia probauit inclutus senatus Mühlhusinus anno cIↃIↃCCXXI. ex auctoritate eorum, quibus caesar res Mühlhusinas mandauerat, vulgo commissionis imperatoriae.

§. XXXVIII.

Iusiurandum, quo aliquid promittitur, votum habetur. Quemadmodum interea alia iurisiurandi species, qua iurans aliquid promittit, vulgo promissorium adpellant; alia, qua adfirmatur aliquid, barbare adsertorium vocant; ita iudaeus, quod ad priorem attinet speciem, hoc iusiurandum esse votum, sibi persuadet. Voti gratiam ipsi fieri posse, ex illis, quae §. XXII. seq. dixi, satis abunde constat. Quare lubricum huius iurisiurandi est in aprico.

§. XXXVIII.

Lubricum iurisiurandi, quod adsertorium vocant, quia Christianis nullum ius in Ratione iurisiurandi, quo iurans aliquid adfirmat, iudicem Christianum competentem esse magistratum, negat iudaica gens. Nemini, somniant iudaei, vlla iurisdictio, vllum imperium in populum, quem Deus sortem suam, gentem ante omnes caram, esse, iussit. Quapropter omne iusiurandum, quod coram magistratu iuratur, vi metuque extortum censet recutitus, adeoque vanum, irritum ac nullius momenti esse, statuit Apella,

teste

teſte IO. ANDR. EISENMENGERO capite VIIII. partis II. *des iudaeos, entdeckten judenthums* praeſertim p. 509. ſeq. Accedit, quod iudaeus Chriſtianum pro homine ſibi ſubiecto, et hoſte putet, quem impune fallere queat, EISENMENGER l. d. p. 192. 577. ſeq. *et his licet Chriſtianos decipere.*

§. XXXX.

